Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

PALIPO

et cum diuisione cuncta facite. Non
est enim aput dominum deum nostrum iniq
uitas. nec personarum acceptio. nec
cupido munerum. Iurlin quoque con
stituit iosaphath leuitas et sacerdo
tes et principes familiarum exisrl. ad
iudicium et causam domini iudicarent
habitatores eius. precepit que eis dicens
Sic agetis in timore domini fideliter
et corde perfecto. omnem causam que ve
nit ad uos fratrum uestrorum qui hi
tant in urbibus suis inter consangui
neum et consanguineum. ubicumque questio
est. de lege. de mandato. de ceremoniis
de iustificationibus ostendite eis ut non
peccent domino. et ne ueniat ira di
super uos et super fratres uestros. sic ergo
agite et non peccabitis in dominum
Amasias autem sacerdos et pontifex ve
strus que ad dominum pertinent residebit
porro Zabadias filius ismahel. qui
est dux in domo iuda super ea erit opa
que ad regis officium pertinent. hecat
que magistros leuitas coram uobis.
confortamini et agite diligenter. et erit
dominus uobiscum. XX

Post hec congregati sunt fi
lii moab in ramoth et filii
ammon et cum eis de ammanitis
ad iosaphat ut pugnarent contra
eum. Venerunt que nuntiauerunt
iosaphat dicentes. Venit
contra te multitudo magna de hinc
locis que trans mare sunt. et de syria. et
ecce constituti in asonthamar que
est engaddi. Iosaphat autem timore
perterritus totum se contulit ad re
quirendum dominum et predicauit ieiu
nium uniuerso iuda. Congregatus
que est iuda ad petendum dominum
sed omnes de urbibus suis uenerunt
ad obsecrandum eum. Stetit que iosa
phat in medio cetu iuda et
ierusalem in domo domini. ante atrium
nouum aut. Domine deus patrum
nostrorum tu es deus in celo. et dominaris
cunctis regnis gentium in manu tua
est fortitudo et potentia nec quisquam
potest tibi resistere. Nonne tu deus
noster interfecisti omnes habitatores terre
huius coram populo tuo israel. et dedisti eam
semini abraham amici tui in sempiternum
habitauerunt que in ea. et extruxerunt in illa
sanctuarium nomini tuo dicentes. Si ve
nerit super nos mala. gladius iudicii
pestilentia et fames. stabimus coram
domo hac in conspectu tuo in qua in
uocatum est nomen tuum. et clama
bimus ad te in tribulationibus nostris
tu audies saluos que facies nos. Nunc
igitur ecce filii ammon et moab mons
seyr. quos non cessisti filios israel ut
transirent quando egrediebantur de egi
pto. sed declinauerunt ab eis et non in
fecerunt illos. et contrario faciunt
et intuitur eicere nos de possessione
quam tradidisti nobis deus noster
ergo non iudicabis eos. In nobis quide
non tanta est fortitudo ut possimus
huic multitudini resistere que irruit
super nos. sed cum ignoremus quid
agere debeamus hoc solum habemus
residui ut oculos nostros erigamus
ad te. Omnis uero iuda stabat coram
domino cum paruulis et uxoribus et li
beris suis. Erat autem iazihel filius
zacharie. filii banaie. filii iehiehel.
filii mathanie leuites de filiis asaph